



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.**

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

**Baronio, Cesare**

**Romæ, 1635**

Eminent. Mo, Ac Rever. Mo Principi Antonio Barberino S. R. E. Card.  
Ludouicus Aurelius. F.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65060)

EMINENT.<sup>MO</sup>, AC REVER.<sup>MO</sup>  
P R I N C I P I

ANTONIO  
BARBERINO  
S. R. E. CARD.

*Ludovicus Aurelius. F.*

**A** L T E R A M hanc Historiæ  
sacrae partem (Emin.<sup>me</sup>  
Princeps) quia sub Tua  
nascitur potestate, iniu-  
riosum videri posset al-  
teri mancipare. Prodit  
illa in lucem Munificentia Tua feliciter  
obstetricante; itaque aucta statim viri-  
bus, infantiam veluti pertæsa, laudes  
Tuas antè ipsam Historiam loqui ge-  
ffit; & quam, benè auspicatum sub or-  
tum, nacta est opem, eandem quoque  
implorandam sibi esse ducit ad diutur-  
nitatem. quidni autem sperare fas sit?  
absistet nimirum liuor, aut vires certè  
suas amittet. acuat is dentem ad mor-  
sum, vbi ex Barberinarum Apum Mel-  
lificio

lificio fauos prægustauerit ? aut fel of-  
ficiat , vbi mellis suppetit copia ? Nec  
reijci abs Te illa debet vt ignobilis ; cum  
enim ex Tuo beneficio natales habeat ,  
eximiæ planè nobilitatis est ; eo quoque  
nomine oculis Tuis digna , quòd præcla-  
ra veterum Heroum facta contineat ,  
quorum Tu simillima moliri oblectaris ;  
Sed & Magnitudinem animi Tui vnus  
cœui nostri angustia non capiunt ; vete-  
res igitur etiam ætates dare Tibi in-  
conspetum debui , quin potius ipsæ se-  
se vltro dederunt , vt quandò Te Actore  
frui non potuerunt , Te saltem gaudeant  
Spectatore . Quòd si præsentia , & futu-  
ra sæcula insignium Patruum , ac Tuorum  
operum fama iam completes , non supere-  
rant nisi præterita tempora , quæ men-  
te versares ; quod quidem periucundè  
facies , illustria quippè relegens benefi-  
centiæ veteris monumenta , facili nego-  
cio agnosces quodcumque Magnanimi-  
tatis Tuæ facinus non vulgaris Historiæ  
argumentum esse , cui vt ego stylum  
aliqua ex parte dignum pararem , par-  
fuit , vt amplissima hac temporum , lo-  
corumq. pænè omnium scriptione pro-  
luderem . Vale .

Summa